



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Contemptus in moralibus dupliciter considerandus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41716

Conscientia licet erronea, obligat.

Conscientia etiam erronea obligat, in tantum quod si conscientia alicuius haberet, quod sperere in Ecclesia esset peccatum mortale, & tamen contra perseverantem talem conscientiam speret in Ecclesia, peccaret mortaliter, quia quantum in se est, consentiret in peccatum mortale formaliter. Et similiter si conscientia distat, quod est veniale, & tamen facit, peccat venialiter: quia quantum est ex parte sui, consentit in peccatum veniale formaliter. Deponat autem huiusmodi erroneam conscientiam, ex se vel aliorum consilio: & sic libere operetur ut alii operantur.

Contemptus in moralibus dupliciter considerandus.

Contemptus dupliciter in moralibus sumitur. Primo ut est peccatum, quia scilicet aliquis spernit proximum. Et ut est causa peccati, prout dicitur unus peccare ex contemptu, alius ex infirmitate, alius ex ignorantia. Et primo quidem modo si proprie & formaliter intelligatur, est peccatum mortale ex suo genere: quia est actus iniurius proximo, lædens, quantum in se est, notabiliter proximum. Contemnere enim proximum, importat affectum deprimentem proximum à sua æstimabilitate: opponitur siquidem contemptus proximi, æstimationi illius. Et quantum bonum est homini æstimari, tantum malum ei infert, contemni. Constat autem hominem à multorum consequutione bonorum impediri ex hoc quod despicitur, & multum se sentire offensum quicumque sentit se despici: restantur hoc iræ, rixæ, pugnae, scismata, bella, & innumera mala quæ homo committit ex hoc, quod despici non suffert. Quia igitur notabilis proximo irrogatur iniuria, ex hoc quod despicitur, patet quod contemptus proximi est peccatum mortale,

for.

formaliter loquendo hoc est ex intentione cōtemnen-
 di, nullus enim formaliter contemnit proximum, nisi
 qui spernit proximum ut spernat proximi: sicut nul-
 lus detrahit formaliter, nisi qui detrahit ut detrahatur.
 & nullus contumeliam formaliter dicit, nisi qui dicit
 ut contumelietur, & sic de aliis. Qui verò despiciat
 proximum non ut spernat, materialiter tantum con-
 temnit. Nec peccat mortaliter, nisi notabiliter offen-
 datur proximus, tunc enim redit actus in naturā suae
 formae: sicut in detractioe & similibus accidit. Est
 quoque proximi contemptus peccatum veniale pro-
 pter imperfectionem actus, vel ex parte imperfecti
 actus spernendi, ut contingit in primis motibus, vel
 ex parte rei in qua spernitur, quia minima est: quia
 parum pro nihilo reputatur. Et si paululum subsi-
 stes, videbis peccatum hoc mortaliter sumptum val-
 de commune esse humano generi: utpotè à super-
 bia procedens, à qua nisi speciali privilegio nullus ex-
 pers videtur.

Contemptus autem secundo modo (hoc est ut
 connumeratur specialis causa peccatis, distincta con-
 tra infirmitatem, &c.) est nolle subiici cui oportet
 subiici. Et hoc quoque formaliter intellectum, ex suo
 genere peccatum mortale est: peccatū quidem, quia
 contra rectam rationem est: mortale verò, quia con-
 tra dilectionem Dei vel proximi est, nolle subiici cui
 oportet subiici. Nam contra dilectionē Dei est nolle
 subiici Deo, seu praeceptis, & mandatis, & consiliis
 eius quibus oportet subiici: & contra dilectionē pro-
 ximi est, si oportet illi subiici, nolle ei hoc debitum
 exhibere, quod est subiici illi. Et propterea ex cōtem-
 ptu peccare formaliter loquendo, est peccare morta-
 liter. Unde dicere verbum otiosum ex contemptu, est
 mortale peccatum. Imò nolle sequi consilia Christi
 (puta nolle ingredi religionem ex cōtemptu consilii
 Christi)

Christi

Christi) est peccatum mortale, hoc enim nihil aliud est, quàm nolle subüci Christi cõsiliis vt cõsiliis: quod tamen est ne necessitate salutis: quãuis adimplere cõsilia Christi, sit non necessitatis, sed perfectionis. Et dicere verbum otiosum ex contemptu est dicere verbum otiosum, vt faciat contra legem Dei, quæ inhibet verbum otiosum. Hæc autem maxima peccata rarò accidunt, nisi pessimè dispositis seu habituatis, intantum vt ex odio legum & legislatorum operentur etiam formaliter quæ contra superioritatem legis vel legislatoris directè tendant.

Aduerte hic duas distinctiones. Prima est inter consolationem & subiectionem, propter quam puella indignata parata est se vestire puerum quæ dicente matre. Indue puerum, non vult vestire illum ne mater habeat consolationem de bene induto puero, non peccat ex contemptu sed ex indignatione nec indignatio ducit illam ad contemptum quia illa non eligit non subüci, sed non cõsolari. Nec præterit mandatum vt non obediat, sed vt non consoletur. Et simile est de similibus iudicium. Secunda est inter contemptum simpliciter, vel secundū quid. Propter quam subditus qui dicente Prælato, claudere ostium, vt non faciat verbum prælati, in hoc tamē minimo, paratus absolutè obedire, omittit claudere ostium, nō peccat mortaliter: quia non cõtemnit simpliciter, sed secundum quid mandatū Prælati: hoc est. quia non præterit illius mandatum, vt faciat contra illius mandatum absolutè, sed cum hac additione in minimo: ita quod ly minimum, minuit rationem mandati, ac per hoc minuit rationem contemptus: vt tanquam imperfectus actus non sit contemptus simpliciter, ac per hoc nec peccatum mortale. Et ex hoc capite verificatur, quod peccare venialiter ex contemptu infra limites venialis, non est peccatum mortale, hoc enim est ex

Contemptus. 95

est ex contemptu secundum quid peccare venialiter. Quum etiam simpliciter & absolute quis contemnit mandatum, non modificat illud ex minimo opere. Et e contra, quum quis ex hoc quod de minimo agitur, in contemptum tendit non ruit in contemptum, sed sustentatur affectus à minimo tanquam non contemnat: sicut in minimo furto sustentatur accipiens occulte minimum tanquam non furetur.

Contentio verbalis quando vitiosa.

Contentio ut est nomen peccati, significat pugnam loquutionis non secundum rationem, vel quantum ad modum, vel quantum ad rem de qua est contentio. Vnde quandoque est peccatum mortale, & quandoque veniale. Nam si contentio pugnat contra veritatem cognitam, erit iuxta veritatis naturam iudicanda hoc est, si veritas impugnata, est veritas fidei, aut necessaria ad salutem alicuius siue quantum ad animam, siue quantum ad corpus: siue quantum ad res seu famam: & breuiter, si veritas est talis, quod eius mendacium esset perniciosum, contentio pugnas contra talem veritatem est perniciosa, ac per hoc mortale peccatum. Si vero huiusmodi veritas non est talis ut oppositum mendacium sit perniciosum, contentio contra illam, peccatum veniale est. Et hæc intellige formaliter, scilicet in pugnantem contra veritatem ex intentione contra veritatem. Nam si ex alia intentione fit (puta propter exercitium aut disputationem) contentio non nisi materialiter est, quæ potest esse, & est sæpe laudabilis. Si vero contentio à ratione discedat, quia immoderata est (puta clamando, &c.) sic communiter videtur peccatum veniale: nisi forte scandalum haberet annexum trahens ad mortale. De quo dic ut infra de scandalo.

Contritio